



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Fructuoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

III. Eidem de ineptis concionibus fugiendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51159](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51159)

suam, & omnium Christianorum
 tim expleri cuperet. Cuius ego
 thoritatem, iudiciumque comple
 tibi ex animo gratulor Hispano
 no, & quòd lucem rebus obscuris
 tuleris, & quòd omnes ad eruditè
 sapienter concionandum hortar
 Vale.

E I D E M,

De ineptis concionibus fugiendis.

MIRARI satis nequeo Franco
 optime illiteratã quorum
 concionem, ineptam, ieiuniosam
 sanguinis, succique expertem, nihil
 neque à sacris literis, neque à sanctis
 toribus mutuantem. Quis enim
 nugas, & somnia veteris concionis
 ius adhuc in urbibus, non modò op
 dulis mansere vestigia? Sunt quide
 concionum commenta magna
 parte sublata, stultaque & ridenda
 tutis ornandæ, suadendæque
 plurimum obsoleuit, eoque turpi
 videri debent, qui reliqui ex illa
 quorum barbarie foeminam pro
 cio

cione vestiunt, parentem illum vni-
 versitatis Deum aut chartis, aut pila
 ludentē faciunt, certamen armorum,
 instituunt, choreas ducunt, de hu-
 manis artibus & membris lentē & fa-
 stidiosē philosophantur, sunt in phy-
 sicis infiniti, ex anilibus fabulis, & ex
 ludis puerorum fructuosiores sensus
 frustra conantur eruere, naturales (sic
 enim appellant) citare non desinunt,
 cum nil illa sit historia mendosius, ea-
 que bestiis, siue natantibus & aqua-
 rum incolis, siue volucris, liberoq;
 caelo fruētibus, siue serpentibus, siue
 gradientibus tribuunt, quæ natura nō
 dedit. In Astrologia etiam, in historia
 temporum, in annalibus ridendos se
 præbent. Illa enim dicunt, quibus aut
 ratio ipsa repugnat, aut nulla boni scri-
 ptoris authoritas suffragatur. Prophe-
 tarum, Euangelij, & Apostolorum,
 verba quasi machinis quibusdam tra-
 hunt, veterisq; testamenti figuras in-
 scienter accommodant. Quam rem
 Hieronymus his verbis exagitat: *Taceo In Epist. ad
 de mei similibus, qui si fortè ad scripturas Paulinum.*

R san-

Vide mirabilem locum eiusdem Hieronymi in comment. in Eccle. c. 3.

sanctas post seculares literas venerint, ridi-
 sermone composito aurem populi mulserunt, luce p-
 quidquid dixerint, hoc legem Dei putant, bus ec-
 nec scire dignantur quid Propheta, p- concio
 Apostoli senserint, sed ad suum sensu blandi-
 incongrua aptant testimonia, quasi gramen
 de sit, & non vitiosissimum doctri- cio ma-
 genus depravare sententias, & ad auoru-
 luntatem suam scripturam trabant, erat, or-
 repugnantem. Hæc Hieronymus, rum fr-
 Prudentes mi Franciscæ viros com- possun-
 desiderabat, laboriosos, serios ad infan-
 nitores, sanctorum Patrum lib- inter-
 inhiantes, quorum in scriptis nil minis
 tidum est, nil puerile, omnia gra- nostra
 seuera, pulcra, fructuosa, saluta- stia na-
 cælo, quàm terræ propiora. Quam terri-
 di igitur concionatores sunt, no- mis ra-
 qui suas cogitationes populo nam doctri-
 illorum more, qui nos vno aut alio tissent
 seculo sunt antegressi: sed qui ex- an-
 uinis literis, sacrisque doctoribus doctis
 multa eruant, ac desumant, car- bar et
 verè, sapienter, & sanctè pertracte- sanam
 vitia extirpent, inferantque virtute- ret, ha-
 Cõcionatores enim vel leuiculos, dis g-
 ridi-

ridiculos nostra hæc ætas clariore iam
lucis perfusa, Ecclesiæque calamitati-
bus edocta non patitur. Etsi enim
concionis partim figmenta, partim
blandimenta multitudo non respuat,
nisi gravamen sapientes, quorum Dei benefi-
cio maior est numerus, quàm patrum
nostrorumque nostrorum memoria fu-
erat, oratoris aut parum grauis, aut pa-
rum fructuosi concionem ferre non
possunt. Atque vtinam quo tempore
Lutherus cœpit, hæc lux esset
in terris? Quas enim spurcissimi ho-
minis (si homo ille dicendus est, qui
in effigie truculentissimæ be-
stie naturam gessit) error ille funestus,
quæ teterrimaque lues in hominum ani-
mis radices agere potuisset, si exculti-
mo doctrina viri ab ipso principio resti-
tissent? falsitatisque veneno sanæ doctri-
ne antidotum obiecissent? Non Italia
doctis hominibus vt nunc, sic illa flore-
bat etate, nõ Germania clauã Hercu-
lanam, qua monstrum illud confice-
ret, habuit eruditionis pietatisque no-
culos, sed grauem atque terribilem: non

R 2 Gallia

Gallia decantatos illos suæ Lutetia
riformorum magistros in fidei hostes
mare potuit, quiippe cum neque
losofiam, neque Theologiam per
tè didicissent, sed quasdam disput
di persequerentur argutias, omne
ætatis tempus in captiosis argumen
tionibus frustra contererent, can
mutos in tanta luporum inuade
um rapina, & vastitate præbuerunt
nihil de nostra queramus Hispan
quæ cæteris prouinciis longè rui
continens cum Mahumetanis bell
excusat, quos omnia vastantes ac
turbantes à sui regni non modico
bus, sed etiam medullis, ac visceri
repellebat. Sed vexatæ, & afflicta
lebriores Europæ prouinciæ accer
malo resipuerunt. Ex quo etiam
ctum est, vt sapientiores in discor
simus, quàm concordēs fueramus
namque multis in locis Germani
erexit, & confirmauit, vt in fidei, &
ligionis hostes multa eruditionis
virtutis tela coniiciat: barbariæ for
absterfit Italia, illamque copiose
quens

quentem sapientiam longo interuallo intermissam reuocauit, se se Gallia expoliuit, quam pestilentia non attingit: nostrique Hispani literatae virtuti operam sedulo nauant, quae & pietatis custos est, & humanitatis effector. Ex quo etiam factum est, ut concionatores genti nostrae non desint illis valde similes, qui quondam in Christi Ecclesia floruerunt, quos inter & sophistas, id est, Rhetorico artificio vtentes hoc maximè interest Philone teste, quòd sophistae aurium oblectationi seruiunt, qui verò in Alexandrina ecclesia ab Euangelista Marco fundata concionatorium munus obibant, sententiarum pondere, ut ipsemet Philon scribit, mentes, & corda rapiabant. Quod fieri sine exquisita doctrina, & sine mentis ardore non potest. Etsi enim, quae exponi populo debent, inaudita non sunt, (vitia enim funditus eiicere, virtutes intromittere Christiani oratoris est proprium) illaque dicenda omnino non sunt, quae subtiliter magis, quam utiliter disputantur

R 3

tantur

*Lib. de Vita
contempla-
tina.*

tantur, tamen quæ quotidie dici
cesse est, eruditionis & orationis
bent sale condiri. Habes Franciscan
stram de concionatoris doctrinam
& eruditione sententiam cum tuar
rificè congruentè: nihil enim tam
displicet, quàm imperita concio,
ius duas esse causas reperio: aut
qui doctis auditoribus nūquam
facit, ineruditus concionator est,
ignauus & piger: vtrumque vitio
turpe, inhonestum, & eo munus
indignum, quod omnibus an
cellit. Scio quantopere stomacho
ris, si quem videas in suggesto con
stere, cui illa ad dicendum præ
desint, sine quibus nemo aut pro
populo potuit, aut se probare sapi
tibus. Non te furtiua concio delectat
non inepta imitatio, non illorum pe
uerfitas, qui quod tēpus in ad discen
da Theologia, inque Philosophia
gnoscenda consumi oporteret, in
orum describendis concionibus
nere solent: cumque magistri ipsi
gitos in fontes intendant, ad eorum
admo

admonitiones obsurdescunt, riuulos
 cōfectantur, seq; per beatos existimāt,
 si commentariolos variis concioni-
 bus refertos circumgestent. Non esse
 quidem vna omnium eruditio potest,
 non par ingenium, atque idem, sed ta-
 men pro sua cuique facultate conan-
 dum est, vt ex diuinis literis, sanctisq;
 doctoribus sumat, quæ dicenda sunt.
 Sic enim fieret, vt se magis magisque
 quotidie concionator excoleret, &
 in allegandis scriptoribus posset esse
 constantior. Nil enim tam dedecet,
 quàm authores testificari, quos nun-
 quam legeris, librariisq; fidem ha-
 bere, quibus nihil solet esse corrupti-
 us. Non equidem furti illum conti-
 nuo arguerim, qui rerum, quas concio
 desiderat, locuples ipse per se bonos
 concionatores imitatur, præclarique
 alicuius oratoris sententias vsurpat,
 quas fore salutare sperat. Qui e-
 nim alienis pro suis vtitur, fur est, qui
 vero nil sumit aliunde quin perpen-
 dat, exornet, illustret non fur, sed imi-
 tator est optimus. Ergo concionatore

R 4 opus

*Ecce ego ad
 Prophetas
 ait Domi-
 nus, qui su-
 rantur ver-
 ba mea.
 Ieremiae
 23.*

opus est, qui & per se sapere, & in
 nire, & disponere, & inuentis
 vel aliena, vel sua politè eloqui
 sit, & quem rerum custos memor
 non deserat, turpiterque deficiat,
 que præmeditatam concionem è
 tibus haustam, illustribusque
 ptoribus sumptam priusquam
 lo explicet, DEI Opt. Max. tanquam
 sigillo curet obsignandam: quod
 vim & auctoritatem maiorem habere
 re possit oratio. Nam concionator
 quasi parturienti lacrymis, precibus
 verberibus diuinum est auxilium
 plorandum: illeque inuocandus
 ritus, sine cuius afflatu omnino
 sumus, vocisque sonos inanes
 mus. Cauere enim concionator
 bet, ne filios Euangelica prædicatio
 ne procreatos vitæ languidioris
 somnus extinguat, id quod S. Gregorius
 rius his verbis ostendit: *Mulier*
 quit ille, *qua vigilans filium nutritum*
dormiendo peremit, ita prædicator
doctrina educat, moribus occidit. Est
 iam concionatoris, cæteroquin

In moribus.

& in diti exagitanda pigritia. Nihil enim
 atis vi proficimus, nisi rebus, & sententiis
 oqui pectus ante complemus, à quibus
 nemon qui imparatus concionatur, & au-
 daci, res obtundit, & nihil persuadet. Ab
 em è illo enim qui sine studio & prame-
 que se dicatione loquitur, quid nisi voces
 m pop expectemus & verba? Laboret igitur
 tanqu tur qui se aliorum doctorem esse pro-
 : quo fitur, libros euoluat, cum sacris in-
 em hab terpretibus pernoctet, concionem,
 concionat accuratissimam, id est solida, fructuo-
 precib saque doctrina refertam apparet,
 ium in contexam, meditetur, & ad colloqui-
 adus Sp um diuinum recurrat identidem: si
 nino orationem non in aures infundere,
 es fund sed in hominum animos cupit inscri-
 nator bere. Perge mi Francisce quæ facis
 edicari facere, lectionemque assiduam cum
 oris qu diuinarum rerum contemplatione
 Greg coniunge, neque enim erudita solum
 ulier, concione, sed multò etiam magis vi-
 putribe tæ perfectione illorum refutandus est
 tor ma error, qui concionandi munus ardu-
 . Est e um, atque difficile more gigantum,
 quin ere quos perhibent montes montibus?

R s impo-

imponentes ad cœlum peruenire
 posse credidisse, chartis hinc in
 congestis & coaceruatis, moribus
 non ita Angelicis obire se posse
 fidunt. Vale, & Commentarius
 Iustrati diui Ioannis Euangelij
 illud vrge, cuius in summam expe-
 ctationem adducti iam sumus?

CVIDAM NOVO CONCIO-
 natori.

*De profanis scriptoribus parçè è sç-
 gesto nominandis.*

HOMINIBVS prodesse te
 conciones istæ declarant,
 næ de his rebus, quas vbiq;
 legis atque inuenis; iuris enim, legi-
 antiquitatis, historiæ, literarum
 maniorum peritum te esse dem-
 stras, multaq; & varia coaceruas.
 Iud autem prædicandæ modestiæ
 dicitur est, quòd me rerû istiu-
 rudem in consilium adhibere non
 bitas: ego verò dummodo tibi
 quar, meã potiùs prudentiam qua-
 ficium desiderari sinam. Sunt autem